

siquis vt dixi hoc loco non excipit sp̄m sc̄m. sed inter  
omnia numerat. Nec ibi ergo excipit d̄i filium. vbi apo  
stolus dixit. nobis tamen vnus d̄s. ex quo om̄a. & nos in illo.

.iiii.

**S**ed ut sciat. quia inter omnia non est filius.  
legat sequentia. Nam cum dicit. & vnus d̄s ih̄c per  
quem omnia. ab omnib. vtiq. excipit d̄i filium. qui ex  
cepit & patrem. Eiusdem aũ impietatis ē. vel patri  
vel filio. vel sc̄o sp̄i derogare. Non enim credit in pa  
trem. qui non credit in filium. nec credit in d̄i filium  
qui non credit in sp̄m. nec potest sine regula verita  
tis fides stare. Nam qui negare coeperit vnitatē po  
testatis in patre & filio & sp̄i sc̄o. non potest vtiq. ibi  
vbi nulla diuisio sit. fidem probare diuisam. Ergo  
quia pietatis ē vnitatis bene credere. & iam vnitatis impi  
etatis ē male credere. Itaq. qui putat sp̄m inter omnia  
numerari debere. quia omnia legunt facta per filium.  
& iam filium vtiq. inter omnia ad numerandũ putant.  
quia ex d̄o legunt omnia. Consequenter aũ nec patrem  
secernunt ab omnib. qui a creaturis omnib. filium non  
secernunt. quõ sicut ex patre omnia. ita & iam per filium  
omnia. Hoc ipsum sp̄i praevidens apostolus dixit. ne